UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri apostatæ super actis Ratisponæ

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Bucer si vicerit, destruet Lutherum & reuocabit Zuinglium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

Visual Library

mixtis mendacijs, calumnijs, vitilitigationibus, quibus totus crepat, vt omnino videatur animo concepiſſe, ſe paraturum ſibi maius nomen, quàm omnes pſeudoprædicatores, & ſeductores Lutherani ac Zuingliani. Quod ſi obtinuerit, certum eſt eum futurum primum oppreſſorem Lutheriſmi, vt Zuingliani & Capharnaitæ triumphent, & latiſſime dominentur. Bucer ſi uicerit, deſtruet Lutherum.

Proſequitur deinde articulum 5. de iuſtificatiõe, in quo pter antiquas hæreſes & nouas allatas, Anaxagoricus Theologus omnia confundit, cõmiſcet omnia, & ita inuoluit, vt nec ſeipſum intelligat, nec intelligatur à ſuis. At quia Pighium perſequitur, nolumus viro doctiſſimo præripere victoriam, ſed huic reſpondendi, improbandi, ac vulpeculã capiendi, apertum relinquimus campum.

Solum quia in fine, mendaciter famam arrodit iuxta nouum ſuum euangelium, vt orthodoxi roborentur, & confundantur Iebuſæus, reſpõdebo paucis. Alicubi memini in Apologia, formam loquendi excluſiuam, ſola fides iuſtificat, me extorſiſſe Lutheranis Auguſtæ, nec admiſiſſe Ratiſponæ. Subdit Bucer, eum cõtra mentem gloriari, id quod norunt illuſtriſſimi & illuſtres præſides & auditores Ratiſponæ. Quid non audet nebulo excucullatus? virum honeſtum & veritatis per omnem vitam amantiſſimum, mendacij arguere. At me inſontem probabo apertiſſime. Fol. 213 Fol. 151

Auguſtæ Auguſtiſſimus Cæſar cum ſenatu Imperij delegerat .14. perſonas, qui negocium fidei componerent. 4. Principes. 4. Cancellarios, & ſex Theologos, è quorum numero & ego vnus eram, ſicut labores pro fide ſemper alacer ſubij. Cum ergo in hanc incidimus materiam, de formula loquendi, Sola fides, haben vvir die ſolen den ſchuſteren gſchickt, & in hanc conuenimus ſententiam, quam Cãcellarius Badeñ. Hieronymus Vehus vir optimus & doctiſſimus, cuius opera catholici vtebamur loco notarij, his ver- Anno 1530.

Cõcordia Auguſtæ.

bis concepit. Wiewol durch Martin Luter vnnd ander ſein anhenger ain lange zeit her/vil geſchriben gepredigt/vnd in den gmainen vnuerſtendigen Layen/ einbilden haben wöllen: das der glaub allain recht mache/ darauß auch laider nitt allain vil ſeelen vnnd menſchen verfürt/ſonnder/ verachtlich/vnchriſtlich leben eruolgt. Iſt ſollichs mit warer gſchrift abgelaint/ vnd widerſächer/ ſouil erwiſen/vnd das ſie bekennen/ vnnd ſich erklärt haben/ wie auch beſchehen vnnd beſchloſſen iſt/das diß wörtlin ALLAIN oder SOLA, welches inn der hailigen geſchrifft nitt erfunden würdt oder gebraucht/ hinfür bey dem glauben außgelaſſen/vnd nitt geſetzt werden ſoll/ Das allain der glaub gerecht vnd ſelig mache. In gratiam Buceri vertam Latine, vt hic videat tanquam in ſpeculo mendacium ſuum. Quamuis per Martinum Lutherum & alios adhærentes, hactenus longo tempore fuerint multa ſcripta, prædicata, & plebi & rudi laico voluerunt imprimere, fidem ſolam iuſtificare: ex quo, proh dolor, non modo plurimæ animæ & homines ſeducuntur, ſed etiam ſecuta eſt vita contemptibilis & minus Chriſtiana. Huiuſmodi veris ſcripturis ſunt repulſa, & aduerſarij in tantum inſtructi, quod fatentur & ſe declararunt, ſicut & actum eſt & concluſum, quod hæc vocula ſola, quæ in ſacris literis non inuenitur, nec vſitatur, deinceps omittatur circa fidem, & nõ ponatur, q̃d ſola fides iuſtificat, aut ſaluum faciat. Iaces Bucere. An contra mentem gloriatus ſum? Aderant Ioannes Fridericus Saxo iã Elector, illuſtriſſimus princeps Georgius Marchio Brandenburgẽ. Melanchthon, Brentius & Schinepf: vbi Bucer & Capito cum Zuinglianis latebãt, ſicut noctuæ, nec in publicum prodibant.

Reſpõdeſte oẽs Lutherani, ſi poteſtis.

At forte ad Ratiſponam cõfugies, ꝙ conqueſtus ſum in Apologia, nullum notarium iuratum fuiſſe in colloquio ordinatum, ſicut petij, & mecum obſeruatum fuit Lipſiæ, Baden in magnis diſputationibus, & nouiſſime Vuorma-